Circa distinctionez.30.p̄rio quero vtrū de deo dicat aliqua rela tio ex tpe.ꝙ nō.qz gcqd de deo dicit est de^o.igr̄ ē eternū:nō igr̄ nouuz:nec p dns ex tpe. ¶P.nihil eternū dr̄ de tpali.ḡ nec eꝫ. ¶P.factio nō vr̄ eē sine muta tione.ḡ de^o g ē imutabilis nō fit aliqd: sed si aliq̄ rel'o noua diceret de eo posset dici fieri ꝟz istā rel'onē. ¶Oppositū pz p Aug.5.de tri.c.vlti.7 p rōnem qz relatiua sunt sil'nā.ḡ rel'onibus in creaturis ex tēpo re ad deū corrñdēt rl'ones i deo ex tpe. ¶Qō. II.

Secundo quero.vtrum dei ad creatu ram possit esse aliq̄ rel'o rea lis:ꝙ sic:qz de^o ex nā rei absq; ꝯsideratiōe in tellect^o ē oīpotens 7 oīsciens. ista.n.ponūtur i deo sicut attributa dicētia i deo pfectionem simplr:7 oē tale est ibi fm nām rei:fm Anſ.mon. ca.15. ista āt dicūt rīspcūz adcreaturā pōlē 7 sciblē.ḡ rc. ¶P. de^o ab eterno voluit oē creādū eē p eo tpe p̄o q̄ postea creauit:7 istud velle creaturā ꝛcludit rel'onē:7 tm̄ nō rō nis.ꝓbo.qz p̄us potuit velle creaturā q̄z itelligere se vel le eā:nō.n.qz sciuit creaturā.iō voluit eā.ꝟz qz voluit eā: iō sciuit eā se velle.igr̄ ista rel'o eterna voluntatis dei ad creaturam ē realis:qz nō est in volūtate p actū alicui^o i tellectus cōparātis eam ad aliqd. ¶P.relationes fun date sup quatitatē sūt rōes reales.ex.5.metaphice. igr̄ ineq̄litas dei ad creaturā fūdata sup quātitatē vtut] in deo.s.sup ifinitatē magnitudis ei^o:7 sup magnitudinem vtut] i creatura.s.magnitudinē finitā creature erit rl'o real'. ¶Cōfirmat rō.qz magnitudo i deo ē fundamētū equalitatis que est realis relatio ad itra:magnitudo ēt creature est fundamētū rel'onis realis in creatura.ergo cōparando hanc magnitudinē ad illam vr̄ ꝙ hitudo fū data super ista sit realis. ¶Preterea relatiōes scōi mo di relatiuoꝝ que.s.fundātur sup actiōem 7 passionē sūt rel'ones reales.sed tales sunt rel'ones dei ad creaturam inquātū cā 7 effectus.igr̄. ¶Si dices non ē vez nisi in agentib^o nālib^o. ¶Cōtra.igr̄ volūtas creata non hēbit hitudinē realē ad suū effcm̄. ¶Preterea.sicut forma ē in aliquo:ita denoīat illud.ergo si non est aliqua rel'o in deo ad creaturā real'r deus nō ē real'r creator creature. qō vr̄ absurdū. ¶Contra. rel'o realis ē ad terminū fm eē eius reale.ꝟz termin^o necessario exigit ad relationez realem.ergo si deus referatur realiter ad creaturā:crea tura fm eē reale fuisset eterna. Duran/dus i pre sēti di.

Ad primam questionez dr̄ ꝙ nulla ē in deo no ua rel'o:qz sicut actio ē eadem licz diuersimode ꝯsiderata:vt in aptitudīe:vt in pō:vt p̄ns: vt p̄terita:vt futura:ita rel'o fundata sup actiōem sic et sic ꝯsiderata ē eadē rel'o:eandē igitur relationem dic̄ in deo ipm eē creatiuū 7 creantem.sed eternal'r fuit crea tiuus.ḡ cū dr̄ creās nō ē in eo rel'o noua:ꝟz noua appella tio relatīs. ¶Qō ꝯfirmatur p Aug.5.ō tri.vlti.c.vbi po tius vr̄ nouā appellatiōem dicere q̄z relatiōem. Hē quo. .7.q.i.

Ad secundam q̄stionez dr̄ ꝙ illud qō real'r ē relatū ē real'r ordinatū:sic̄albe do que ē rō referēdi real'r ad aliā albedinē ē nāliter or dinata ad illā p eo ꝙ aliquā pfectiōem hz ista ab illa i quātū i eis ē nā pfectioꝝ sil'q̄z in altera eaꝝ:oē aūt nāli ter ordinatū dependet ab illo ad qō nāliter ordinatur p quātō.s.expectat illud:vt in ipso fundet rel'o ad illud:7 si ōpēdet:igr̄ ē mutabile:qz dependētia nō ē sine pōlitate ad actū:7 si mutabile igr̄ ipfectū:qz carēs illa pfectione ad quā mutat:7 si ipfectū igr̄ illimitatū.ḡ ō p̄ ad vlti^m si real'r relatū ḡ limitatū. Et qz posset ī̄stari ꝙ tūc nō esset rl'o realis i dīnis.iō vr̄ exponēda illa positio ō relato ad aliud i nā:si.n.real'r referat ad aliqd qō ē idē real'r ei in nā:nō oz ꝙ dependeat:qz nō expectat aliqd aliō a se i nā. vt i eo fūdet rl'o. Tūc ad ꝓpositū:cum de^o non sit ens i pfcm̄ nec mutabile 7 dependēs rc.ḡ non ē relatuz ad ali quid aliud a se.igr̄ nō relatum ad creaturam. Hē.quo. 3.q.4.

Contra istam opinionē q̄tū ad illud qō dicit ad p̄mā qōnez:si rel'o actualis. 7 aptitudinalis sint eadē:7 pp hoc nō sit aliq̄ rel'o noua actualis dei ad creaturā.ḡ pari rōne nō ē aliq̄ rl'o noua creature ad deū:qz aptitudiali i deo corrñdebat aptitu dinalis i creatura:sic̄ actuali actualis:7 tūc si crāt eadē i deo aptitudialis 7 actualis pari rōne aptitudialis illa i creatura erit eadē cū actuali:7 ita nulla noua in vno ex extrēo sic̄ nec i alio:p̄ns vr̄ absurdū ꝟz vitatē:qz tūc nul la eēntia eēt noua:nec aliqd absolutū nouū:ipol'e ē.n.fū damtū eē nouū 7 rl'onē eē eternā ꝟz illud fūdamtū. Et ēt segt ipol'e ꝟz eos:qz tūc cū oīa sint illō qō sūt p respe ctū ad deū vt ad cāz exēplarē vl'vt ad cāz efficiētē.segt ꝙ oīa sūt eterna 7 nihil nouū:qz si nō respcūs nec abso lutū.qz si nullus respcūs p̄t eē etern^o sine eternitate fun damti:nec nou^o sine nouitate fūdamēti.Spāliter ēt vr̄ p̄ns icōueniēs ꝟz istos.ꝙ dicūt eē exīntie dicer respectuz ad cāz efficiētē vt efficiēs ē:7 illud eē vl'respcūs erit no uum vl'nihil erit nouū p creatiōez:7 tm̄ ille respcūs i cre atura ē i ꝯpatiōe ad deū.ḡ nō obstāte rel'one aptitudia li p̄cedēte vt aptitudinalis ē:p̄t actual'eē noua tāq̄z alia ab illa aptitudiali. ¶P.nō p̄t eē eadē rel'o nisi sit inter eadē extrēa:nūc āt itell's dīn^o nō tm̄ ab eterno itellexit aīaz ātixp̄i:vt polez p tāto tpe añq̄ crearet: ꝟz itellexit eē:vt actu exīntem p illo istāti creatiōis p q̄ existet:istō āt intelligibile vr̄ eē distinctū ab isto itelligibili in rōne intelligibilis:qz vr̄ aliud intelligibile eē pōle et actuale aīe:qz p̄t eē duo actus intelligendi circa illa:qz vtrūq; pōt intelligi cum opposito alterius.ergo respectu intel lect^o diuini sūt duo intelligibilia fm duos act^os fm rōez.

igitur intellectio diuina que ē vnica pōt hīe ista ꝑ obtis distinctis vnici actꝰ fm rē distincti fm rōnem sic̄ pñt eē ōba distincta duorū actuū itellectꝰ nr̄i: ⁊ per ꝯñs dīnus intellectus cōparans se ad ꝑmū extremū vt creatiuum ad creabile: ⁊ ad aliud extremum: vt creans ad creatū vr̄ i eēntia sua q̄si ꝓducere duas rel'ones rōnis ad distincta extrema: ⁊ ita rel'o creatiui ⁊ creātis nō ē vna rel'o rōnis sic̄ nec extrema ad que cōparat sūt ibi idē. ¶ Cōfirmatur ista rō: i quocūq; gñe illud qđ ē i pōt tale: nō ē nisi fm qđ tale, q̄ nō ē simpl'r ei idē illud qđ ē actu tale; ⁊ ꝑ ꝯñs si intelligat̄ ꝫ vt in pōt: ⁊ illud vt in actu: erit aliud extremū intelligibile simpl'r. ¶ Preterea, qđ dr̄ de noua appellatiōe vr̄ irrōnabile: qz i quocūq; eadē forma ꝫ idē eē vr̄ eodē mō posse appellari ab illa: qz enī forma talis ē ⁊ i tali, iō tale appellat̄ ab ipsa ⁊ nō ecōuerso. q̄ si rel'o erit eadē: ⁊ vnifozmiter ad creaturā ex pte dei, nō videt̄ q̄re non posset deꝰ ſp vnifozmiter ab ea appellari. ¶ Cōtra illud qđ dr̄ ad ſcđam. q. vr̄ q̄ illa q̄ ponūt̄ ibi connexa nō sūt ꝯnexa, ꝑ qđē si ponāt̄ duo albissima illa erunt pfecte sil'a: qđ declarat̄: qz modo pfcā sil'itudo ⁊ equalitas ē i personis dīnis; nō enī tollit̄ pfectō sil'itudinis ꝓp infinitatē fūdamēti; sed magis ponit̄: ⁊ si ꝑ impossibile eēnt ibi duo fundamēta eēt sil'itudo realis: qz mō non ponit̄ eē rōnis nisi ꝓp itellcm̄ ꝯparātē illā magnitudinē vnā. igr̄ ibi eēt pfectissima sil'itudo: ⁊ tm̄ neutr̄ ordinaret̄ ad alterū: vt a q̄ hēret pfectiōem. ¶ Si dicas q̄ nā specifica ē pfectio i ambobꝰ q̄z i vno: hoc nō ē vnū ordiari ad alterū: qz vnū illorū nullā pfectiōem dic̄ vel hz ꝑ hoc q̄ ad alterū ē siue nā sit pfectius i ambobꝰ sil'q̄z i altero siue nō: nec segt̄, adiuicē ordiant̄, q̄ dependent adinuicez. ¶ Preterea, agēs creatū nāle nō agit iquātū ē iperfcm̄ qz agere sibi ꝯpetit iquātū ē i actu: ⁊ agere sūme cōpetit deo: ⁊ tm̄ agēs tale iquātū sic agēs ponit̄ hēre rel'onē realem ad creaturā. q̄ nō ē neče real'r oē relatū inq̄tū tale dependere ad aliud: ꝫ. n. agēs creatū ad aliqđ dependeat: non tm̄ vr̄ dependere ad aliqđ qđ cāt; nec inq̄tum pōle ⁊ mutabile ⁊ iperfectū causat illō. sed iq̄tū ē i actu. ¶ Tūc sic: agēs agit iquātū pfectuz. ꝫ iquātū ē agēs refert̄ realiter. q̄ nō oē relatū inquantū real'r relatū ē impfectuz. ¶ Preterea, si. a. iquātū refert̄ ad. b. real'r dependet ad ipm: pari rōne si rel'ones mutue sint. b. dependet ab. a. inquātū refert̄ ad. a, ⁊ ita erit ꝺpendentia circularis. a, ad. b, ⁊ e ꝺ, qđ vr̄ ipos'e: qz in nullo ordine eēntiali ē circulus.

Varro i ꝓsenti di. Jn. z, di. i. q. ſ. ⁊ i quarto in materia ꝺ hēuc ª. q. vltia. Et Tho. i. p te sū. q. iz. ar. 7. i solutiōe ꝓn cipali. T. c. 18. et inde. Varro ⁊ tho. vbi supra.

Aliter dicitur ad ꝑmā. q. q̄ in deo nō est aliq̄ rel'o ex tpe ad creaturā, ꝫ i sola creatura ē rel'o ex tpe ad deū, ⁊ sic illa rel'o qua deꝰ dr̄ ad creaturā nō ē i deo nisi fm q̄ ē i creatura. qđ vr̄ accipi ab Aug. c. preall'. ⁊ a magistro i lra. ¶ Cōfirmat̄: actō ē i patiēte ex. ꝫ. phyſi. ⁊ tm̄ nō denoiat patiēs ꝫ agens. sic deꝰ denoiat̄ a rel'one illa q̄ ē in creatura. ¶ Ad scđaz q̄stionē dr̄ q̄ nulla rel'o talis pōt eē realis: qz rel'o realis nō est sine ordine: deus autem nō hz ordinem realez ad creaturam; qz est supra ordinem.

Contra primū qz tūc rel'o eēt in eo i quo nō est fundamētū: fundamētuz eni rel'onis q̄ deus dr̄ ad creaturā; si dicat̄ ad eā non ē i creatura: qz pō que fūdat rel'onē nō est i creatura sed in deo. q̄ rel'o illa nō erit in creatura. ¶ Preterea. oppositē rel'ones causē ⁊ cāti nō pñt eē in eodē: qz magis repugnāt q̄z rel'o ꝓducētis ⁊ ꝓducti: que tm̄ nō pñt eē in eodē suppositō: ꝫ sint i eadem natura. ¶ Et si dicatur q̄ hic sūt rel'ones oppositē i eodē suppositō: nō tm̄ denominat ipm: hoc vr̄ q̄no irrōnabile q̄ aliqua forma sit in aliq̄ subo: ⁊ tm̄ subm nō posset dici tale quale natum est cōstitui per illā formam. ¶ Rō que ponitur ad scđam. q. vr̄ petere ꝑn̄ ⁊ peccare fm ꝯñs. ꝓbatio ꝑmi: qz cum deus sit ꝓz creatura multiplici ꝓz imitate videt̄ hēre ordinē ad ipsam extēdēdo nomē ordinis nō tm̄ q̄ dicat̄ posterius ordinatū ad ꝑus: sed ēt ꝑ ad posteri: ꝫ alio modo oporteret ēt probare q̄ ista ꝓzitas q̄ pōt dici ordo non sit rel'o realis in deo. hoc ergo petit̄ nec segtur ex isto noto q̄ deꝰ sit supra ordinē accipiēdo ordinem ꝓut ē posteriorum ordinatorum ad ꝑus: ex hoc enī nō segt̄ nisi q̄ nō sit posterius: ⁊ ex hoc nō segtur q̄ nō hēat ordinē general'r accipiēdo ordinē. Qz autem rō peccet ꝫ ꝯñs ꝓbatur: qz ordo est quedam rel'o: nō aūt ois rel'o ē ordo qz nō rel'o cōis fundata super vnum vt rel'ones equiparantie: sed sole rel'ones disq̄parātie dicunt ordinem. arguēdo igitur a negatiōe ordinis ad negatiōem rel'onis ē arguere ac si ꝓio negaretur añcedēs ⁊ postea ꝯsequēs.

Respondeo igitur ad ꝑmam. q. q̄ relationes creaturarū ad deū sunt noue ⁊ ex tpe. Nec ꝓpter istas rel'ones inquantum sūt ad eum vt ad terminū necesse ē pōere aliq̄s relationes in deo ex tpe terminātes istas: quod ꝓbo. qz ꝫ ꝑm 5. meta. c. de ad aliqd. tertio modo dicātur relatiua que dicūtur ad aliqd: qz alia sūt eorum: ita q̄ hec ē ꝑ se dr̄ia duorū ꝑmorum modorū a tertio: qz i ꝑmis duobus modis ē rel'o mutua: in tertio aūt nō est rel'o mutua: sed alterū ꝑcise refertur ad reliquū: ꝫ reliquū nō refertur. ꝫ tm̄ aliqd ē eius: oēs āt rel'ones creature ad deū pertinēt ad tertiū modum relatiuorū: igitur qualescūq; sint ille que sunt in vno extremo nō opz alterum extremum ꝫ aliquam relatiōem in eo terminare illas rel'ones. ꝫ pōt terminare precise sub rōe absoluti. ⁊ istud ēt ꝓbatur ex intentiōe ꝑhi. 9. meta. c. 7. vbi ꝓbat q̄ actus est ꝓzor potentia diffōne: quia potētia diffinitur per actum. si autē actus refertur ad pōm: tūc ēt ecōuerso actus diffiniret̄ per pōm: sicut dicit ꝑhor. c. de specie: q̄ in relationibus mutuis necesse est in vtrozunq; diffōnibus vtriſq; vti. T. T. ¶ Tūc arguitur sic. actus diffinit pōm vt terminat relatiōem eius: aut q̄ terminat relatiōem eius: vt abm: et br̄ ꝓpom: aut vt cozrelatiuū: ⁊ sic potētia diffinit actū. igr̄ vt actus ē ꝓz diffōne ē ēt posterior diffōne. q̄ vel diffinit actus pōm sicut ecōuerso: vel ita diffinit actus pōm q̄ ecōuerso nō diffinit̄ per ipam: et per ꝯñs actus nō refertur ad pōm. sed est mere absolutuz: ⁊ hoc sub ea rōne sub qua diffinit pōm: diffinit aūt pōm inq̄tum pō ē ad ipm vt rel'o ad terminū. q̄ actus fm q̄ mere absolutus: ē termin⁹ huius rel'onis qualiscūq; sit illa rel'o siue sim pliciter siue ꝫ quid. ¶ Hoc etiā ꝓbatur q̄nalius per oīa relatiua: qz nullū relatiuū ꝓzio refertur ad correlatiuum. vt ad terminū i creaturis. probo. relatiuum iquātum relatiuum ꝑmo diffinitur per terminuz ad quē refertur. ergo termin⁹ vt termin⁹ ꝓz est diffōne relatiuo: vt relatiuū. ꝯña pz. 7. meta. vbi ꝯparat accñs ad subam ⁊ per phm. 9. meta. vbi cōparat pōm ad actum. si econuerso: terminus inquātum terminus refertur ad relatum inquātū fuit relatū. ergo iquātum terminus habz illud quod fuit relatū ad ipm ꝓzio diffiniēte. ⁊ per ꝯñs ꝑ ꝓzior fm diffinitionem. ergo pater esset ꝓzior filio fm diffinitionem ⁊ econuerso. impossibile est autē circuluz esse i ꝓzitate essentiali quacunq;: ergo iposlibile ē pr̄ez ꝓzimo referri ad filium inquātum filius ꝓzio referr̄ ad patrē. q̄ refertur ꝑmo ad illud abm qđ ē ꝓximū fundamētum rel'onis, ⁊ illud abm ē ꝓzius pr̄e. vt pr̄ ē: ⁊ ecōuerso filius vt filius referr̄ ad absolutū qđ ē ꝓximum fundamentum pr̄nitatis: ⁊ illud abm prⁱ⁹ est filiatiōe ⁊ filio inquātum filius. nec fm hoc ē circulus aliquis. ſ. q̄ pr̄e inquātū pr̄ ꝓzius sit. a. quod est abm ⁊ ꝓxim fūdamētuz filiatiōis: ⁊ q̄ filiatiōe inquātū filiatio ē ꝑus sit. b. qđ ē fundamētū ꝓximū rel'onis pr̄nitatis, non enim ex boc

sequit nisi q̄ ista duo absoluta sūt p̄ora istis duab⁹ relatiōib⁹.ꝛ ꝟ verꝫ est: imo ambo absoluta sūt p̄ora vtraq; relatiōe:qꝛ q̄libet relatio nō tm̄ ꝑexigit fundamētū: sed etiā terminū vt termin⁹ est. Si igit̄ qū sūt relatiōes mutue termini mutuo referātur:accidit q̄ ibi termin⁹ inq̄ tū termin⁹ est vt ecōtra referat̄. pot̄e ē igit̄ aliqd referri ad absolutū:ꝛ ita videt̄ hoc rōnabile ponere in deo q maxīe hz rōnē absoluti vt creature sūt ad eū. ¶ P. Iz intellect⁹ possit negociari circa terminū alicui⁹ rōnis tertij modi:ꝛ in illo z⁹ cāre rōnē rōnis:tm̄ illa nō est rō terminādi. Iz.n. intell's aliqs ꝓferat q̄draturā circuli ad sciētiā vt qōdā scibile cāndo in isto absoluto relationē rōis q̄ est scibilitas: tm̄ ista nō est rō terminādi rōnē scie ad ipsuz. ista.n. relatio rōnis nō ē in hoc absoluto: nisi dum actu ꝓsideraī ab intellectu. scia aūt realr referr̄ ad scibile: nō tm̄ vt ꝓsideraī ab intellectu. g̃ illa rō rōnis in scibili nō fuit rō terminādi rōnē scie. ¶ Hoc ēt pōt declarari in ꝓposito de deo:q; cēn⁹ diuina Iz possit ꝓparari ad creaturā:ꝛ hoc tā p actū intell's creati q̄z increati:ꝛ sic in ea cāre rōnē rōnis: tm̄ ista rō nō ē rō terminādi relationē creature ad ip̄m: nō qdē illa q̄ cātur p actū intellect⁹ creati. ꝓbo. qꝛ tūc nullo intellectu creato ꝓsideāte ꝓparādo deū ad lapidē: si de⁹ ꝓduceret lapidē nō eēt in lapide rō realr ad ip̄m: qō est falsuz. nec ēt illa quā cāt intell'us diuin⁹ in cēn⁹ sua. ꝓbo. qꝛ si p ipotē de⁹ nō eēt nā intellectualis: sicut aliq posuerūt solē eē p̄m p̄n̄m.ꝛ ꝓduceret lapidē: lapis referret realr ad eū: ꝛ tm̄ tunc nō eēt relatio rōnis ad ip̄m. ¶ Absolute igit̄ dico:q; pp terminationē rel'onū creaturaꝝ ex tpe ad deū nō oz ponere aliquā rel'onē in deo: nec nouā: nec antiquā q̄ sit rō terminādi rel'onē creature. pōt tm̄ in deo poni aliq̄ rel'o rōis. noua qdē sicut illa q̄ causaī in eo p actū intell's nostri cōsideātis ipsuz: sz nō noua aliq̄ p actū intell's sui: qō ꝓbo. qꝛ nunq̄ est trāsit⁹ a ꝺictorio ad ꝺictoriū sine mutatiōe. pz ex diffōne mutatiōis. si.n. nulla mutatio esset in aliquo: nō eēt rō q̄re magis vnū ꝺictoriozꝝ posset mō eē verꝫ q̄z reliquū: nec q̄re magis vnuz falsuz q̄z aliud:ꝛ ita vel ambo sil' falsa. vel ambo sil' va. sz si in deo posset eē noua rel'o p actū intell'us sui: tūc alicui⁹ ꝺictiōis alterū extremū mō eēt verꝫ de aliq̄: qō p̄us nō erat verū: qꝛ mō ꝓsideraī sub aliq̄ rōne sub q̄ p̄us nō cōsiderabaī ab intellectu diuino. igit̄ aliq̄ mutatio in aliquo est nō in eēn⁹ diuina vt cognita: nec in obto ꝓsiderato: qꝛ nonduz est: nec in aliquo ad qō ꝓaī p intellectū suū: nisi ponaī mutatio in ipso intellectu ꝓparāte: qꝛ sic obm ꝓpatū:ꝛ illud ad qō ꝓaī inq̄tū talia nō hīt eē nisi in itelligi: ita nō p̄nt hr̄e aliud eē: nec alr eē nisi sit aliud itelligi vl' aliter itelligi eoꝝ. sz alr itelligi eoꝝ nō pōt eē sine aliq̄ mutatiōe intell'us diuini. igit̄ nulla relatio noua pōt eē in deo p actū intellect⁹ sui ꝓparādo eēntiā suā ad aliqō tpale. ¶ Sz istud nō ē pp hoc q; rel'o actualis ꝛ potētialis sūt vna sic̄ dicit p⁹ opi. iprobata: sz pp hoc q; intell's diuinus ad qōcūq; cōparat eēntiā suā in eternitate cōparat Iz nō p eternitate. vñ sic̄ in eternitate ꝓpat volūtatē suam vt creatiuā ad aīaz añxp̄i: vt possibilē p̄o aliquo tēpore: ita comparat in eternitate volūtatē suā vt creātē ad aīaz añxp̄i vt actualr exñtē p illo nūc: p q̄ vult creare illā aīaz:ꝛ iste qdē sunt due rel'ones rōnis: sic̄ duo extrema: sz vtraq; eterna: Iz nō p eterno. ¶ Et ex ꝟ appet rñsio ad istā obiectionē. si nulla pōt eē rel'o noua in deo p actū intellect⁹ sui. igit̄ si intell's nullus creat⁹ eēt possibilis ꝛ de⁹ posset creare lapidē: nō posset itelligere se creātez lapidē: sicut intell'us creat⁹ pōt itelligere ipsuz creantez lapidē q̄n ipsuz creat. ꝓñs videt̄ icōueniēs: qꝛ quicqd est cog̃scibile a nobis multo magis ꝛ ab ipso. ¶ ℟: de⁹ posset se cognoscere creātē lapidē p a. sed nō posset nouiter cognoscere se creatē lapidē: sed in eternitate cognoscit se p a. creatē lapidē sicut in eternitate cognoscit se p aliquo tpe creaturū lapidē. hoc ē dictu in eternitate cognoscit rel'onē actualē ei⁹ ad illō qō p a. istāti erit. ꝛ cognoscit relationē sui q̄si potētialē rōnis: tm̄ p aliquo tpe. ¶ Breuiter g̃ pz: q; nulla ē relatio noua in deo p se terminās nouā rel'onē creature. est tm̄ aliq̄ noua p actū itellect⁹ creati. nulla aūt noua p actū suū. ¶ Sz ꝺ istud mēbrū p̄mū videt̄ dubiū quō ponaī deus esse dñs: fm Aug. 5. de tri. c. vlti. ¶ R̄ñ: sola rel'one noua que est in creatura ad ipsuz ipse denoiaī dñs. nō qdē q; in creaturis sint due relatiōes oppositē: q̄rū altera ipse denoiet̄: sz vna tm̄ q̄ ē ad ipsuz vt ad absolutū:ꝛ ꝓpter hoc q; sic absolutū est termin⁹ illi⁹ relatiōis denoiaī q̄si eēt in eo noua rel'o cozrūdēs quēadmodū op⁹ factū ab hoie dicitur humanū: nō pp aliqd humanitatis: qō sit formalr i ope: sz ꝓpter humanitatē q̄ est formalr in hoie ad quez opus hz hitudinē. Et hec videt̄ itētio magistri exp̄sse in lra ꝺcludētis ex v̄bis Aug. ait. n. sic. Appellatio q̄ creatura relatiōe ad creatoꝛē dr̄ relatiua est:ꝛ relationē notat que ē in ipsa creatura. appellatio aūt ista q̄ creatoꝛ dicit ad creaturā rel'o q̄dā est: sz nullā rel'onē ꝺnotat q̄ sit in creatoꝛe.ꝛ hoc idē videt̄ Aug. dicere. 5. de tri. c. 19. Fz q; magister adducit eū: q; tpalr incipit dici dñs q; antea nō dicebaī manifestū ē relatiue dici: nō tm̄ Fz accūs dei q; ei aliqd acciderit: sz plane Fz accūs ei⁹ ad qō incipit dici dominus relatiue.

Ad argumēta p̄me qōnis. ¶ Ad p̄m ꝺcedo. q; gcgd est in deo est eternū p idētitatē: sz nō oz q; gcgd q̄ dicaī de eo p hoc q; aliud hz hitudinē ad ipsuz sit eternū formalr: qꝛ nihil aliud hz hitudinē eternā ad ipsum. sicut si de⁹ sit etern⁹ ꝛ diligit̄ tpalr a volūtate creata dicit̄ qdē dilect⁹ a nobis: sz nō dilect⁹ eternalr. ¶ Ad z^m ꝺña nō tz q̄ñ extrema sūt alterius rōnis. ꝓpter ꝟ. n. q; vnū excedit alterū nō oz sil'ez eē coexigētiā vni⁹ ad alterū ꝛ ecōuerso. sicut nō segt̄. qōcūq; eternū ē cū toto tēpore. g̃ oē tpale est cū tota eternitate. p̄ma va est rōne imēsitatis eternitatis:ꝛ illud deficit in altero extremo: ꝛ ideo nō oz eē ꝺcomitātiā ecōuerso. q̄lis ē ꝟ. ita ꝟ eternū pōt eē termin⁹ noue hitudis ad ipsuz: qꝛ eternalr existens pōt aliquid de nouo ꝓducere:ꝛ pōt de eo aliq̄ appellatio dici ex tpe: sz tpale nō pōt ita hr̄e hitudinez alicui⁹ eterni ad ipsuz. ¶ Uel pōt cōcedi q; tpale etiā pōt denotari ab hitudie eterni ad ipsuz: sicut lapis. (nō tm̄ vt ideatū: sed vt exñs) est eternalr scit⁹ a deo. ¶ Ad z^m fieri nō determiatū p aliqd: puta q̄n p̄dicaī z^m adiacēs. notat factionē simplr ei⁹ de quo dr̄. vt si dicaī. hō fit denotaī factio simplr ineſſe hoī. si aūt p̄dicaī tertiuz adiacēs: sicut hō fit alb⁹ nō notat fieri nisi fm qd eius. s. q; specificat ipsuz.ꝛ ita ꝺcederet forte aliqs de deo: q; de⁹ fit dñs notādo factionē fm qd: puta factionē Fz aliquā relatiōez rōnis: vel fm terminationē alicui⁹ relatiōis. magis tamē concederet̄ q; incipit esse dominus: qꝛ hoc nō significat impfectionez sicut fieri. nullo mō tm̄ coceditur nec fieri nec incipere absolute.

Ad secūdā questionē rñdeo. q; ī deo nō ē aliq̄ relatio realr ad creaturā cui⁹ rō accipit̄ ex pfecta simplicitate:ꝛ ex pfecta nēcitate dei. qꝛ. n. de⁹ pfecte simplex est nihil ē in eo qō nō est ipsuz Fz Aug. ii. de ci. dei. c. io. de⁹ simplex ē qꝛ hoc est qō hz. pfecta ei⁹ necessitas est etiā ex se eē tale q; nō variabil̄ ei⁹ eē q̄cūq; ypotesi posita siue possibili: siue ipossibili circa aliud a se: qꝛ alia nō sūt necessaria nisi scōdario. ex his sequit̄ q; nulla est in eo realitas q̄ necessario coexigat aliud a se. tale. n. nēcio coexigēs aliud a deo nō eēt illo coexacto nō exñte: ꝛ p ꝺñs aliquid

qō pfecte eēt idē deo nō eēt aliquo alio qō nō est neciū ex se nō exīte. relō aūt realis de necessitate coexigit ad suū eē terminū illi⁹ relonis. ḡ in deo nō est relo realis ad aliud a se. ¶ Lōtra istā rōnē istaꝫ ꝓmo. qz lz creatura nō sit necia in eē actuali: tn̄ vr̄ ꝙ aligd aliud a deo sit neciū in eē possibili: qz ipsuz polē eē ē neciū: qō ꝓbatur ex ħ. qz ꝑus vr̄ aligd polē possibilitate ei⁹ in se cū sit relatio dei ad ipsuz. nā nō est potētia in aliquo nisi respectu polis in se: qz ad ipolē nō est potētia. ḡ relo dei ad creaturā inc̄ztū polis nō coexigit aligd qō nō sit sub illa rō ne neciū sub qua terminat. relo aūt in deo ad creaturā vt possibilē videꝫ eē eadē cū relatiōe eius ad creaturaz vt actualē ꝑ illā deductionē positā ꝑ ꝓma opi. ¶ Ad ꝓmā qōnē ḡ aliq̄ relo pōt eē in deo stāte necitate ei⁹ simplr ad creaturā vt possibilē. z eadē etiā est cū illa q̄ ē ad creaturā vt actualē. ¶ Jtē si creatura bz eē gditatiuuz inc̄ztū bz eē explatū ꝑm vnā positionē istud eē creatu re est neciū. igiꝫ respect⁹ ad istud vt sic videꝫ posse eē absq̄ possibilitate cū eo in quo est talis respect⁹. ¶ Jtē si pbi ponerēt aliq̄ alia a deo ꝑducta eē formalr necia: sicut dictū est de opi. Arist. z Auic. di. 8. tūc respect⁹ ad illa posset eē in deo: z tn̄ staret necessitas entitatis diuine: qz termin⁹ illi⁹ relonis ꝑm illā positionē eēt necius. ḡ tenēdo positionē pbox ꝙ tn̄ negabāt in deo relonē realē. ista rō iaz posita ex simplicitate z ncitate dei nō vr̄ sufficiēs. ¶ Jtē 4.ᵒ tūc in nulla creatura magis necessaria deberet poni respect⁹ realis ad min⁹ neciuz. z ita in corꝛib⁹ celestib⁹ nō esset respectus realis ad gnābilia z corꝛuptibilia. ¶ Ad ista: q̄uis ad duo ꝓma possit respōderi q̄si vno mō. ¶ Ad ꝓm. ꝙ boc ꝙ eē polē nō ē nisi eē ꝑm gd: qz boc eē nō est simplr esse creature: sicut nec eē boiez moꝛtuū est eē boīs. nec plus ponit ista polītas in re q̄ cecitas in oculo. z ideo ad ipsuz nō est aliqua relatio simplr sz ꝑm gd. ¶ Ad zm simili mō. ꝙ esse explatuz nō est esse nisi ꝑm gd. z iō bitudo ad talē terminū ñ eēt realis sicut z termin⁹ nō ē realis. ¶ Tamē pōt dici vna rn̄siōe gñali ad oēs istas istātias ꝙ neciuz ex se vt dictū est nō mutabiꝫ. ꝑm aligd ꝑfecte idē sibi q̄cūq̄ positiōe possibili vel ipossibili facta circa aliud a se. gcgd aūt est impfecte simplici est idē sibi pfecte. ḡ neciuz ex se. igiꝫ nihil ī eo pōt mutari quocūq̄ posito circa aliud. nihil aūt aliud a deo est ita formalr neciū sicut de⁹: ꝑm quācūq̄ positionē: qz si poneꝫ aligd formalr neciuz: nō tn̄ sine oi dependētia ad ꝓmū necessarium. z iō nō ex se necessarium. igiꝫ nulla realitas in ꝑ mutabiꝫ ꝓpter positionē quācūq̄ circa aligd tale: qō nō ē ex se formaliter neciuz. fieret aūt mutatio in aliqua realitate in ꝓmo ꝙ mutationez in alio a se si aliq̄ realitas in ipso necessario exigeret aligd aliud a se. ¶ Et tūc ad duas istātias de possibili z eē gditatiuo ꝑm aliquos. ¶ Ad ꝓmū. nō est illud possibile ex se neciū in tali eē etiā neciū polē formalr sicut ē de⁹ ex se actus necessari⁹. ¶ Ad zm. nec ille gditates sūt ex se necessarie in illo eē gditatiuo: sed ꝙ participationē sūt sic nēcio entes. nec 3.ᵒ creature si essent necie ꝑm pbos eēnt ita necessarie sicut ꝓmū: sz haberēt nēcitatē tn̄ participatā. z iō ponere ista nō eē. non eēt ita ipolē sicut aliquā realitatez in ꝑ nō esse: qz nullū istoꝝ est ita neciū sicut q̄cūq̄ realitas in ꝑ est nēcia: z tē ex hac positiōe min⁹ ipossibili videretur sequi ipossibili⁹. nō igiꝫ ad aliqō istoꝝ: lz aliquo mō neciū: nō tn̄ ex se necessariū posset eē aliq̄ realitas in necessario ex se necessario. ¶ Ad 4ᵐ dico ꝙ si aligd magis necessariū eēt ēt simplex hoc est nō cōpositū: nec ꝓponibile cū aliq̄ realitate nō necessaria magis necessariū nō haberet relationez ex se ad min⁹ necessariū. sz istud suppositū ē falsuz: qz lz aliqō coꝛpus celeste poneꝫ in se eē necessariū. nō tamē est sūme simplex gn possit recipe aliquā realitatē nō necessariā aliā a se. de⁹ aūt sicut nō pōt eē illud qō ē in oꝛdine ad aligd nō ex se neciū. ita nō pōt hr̄e aliquaz realitatē in oꝛdine ad aligd tale: qz illa realitas eēt ipz.

Ad argumenta scōe qōnis. ¶ Ad illa de oī potētia z oī sc̄ia z voluntate futuroꝝ dicēt in qōnib⁹ spālib⁹ de eis. ¶ Ad aliud de actiōe z passiōe pbs nō dicit ꝙ ille relones sūt reales: sz dicit ꝙ sūt mutue: z in hoc p̄cise distinguunt ꝑm⁹ z sc̄os modus relonis a 3⁹ modo relonis. sed qcqd sit de dicto pbi ꝓpō nō est vl̄r vera: vel de se vā qñ agēs est ex se necessariū z pfecte simplex: sic dictū fuit ī soluēdo. ¶ Sz q̄res q̄re igiꝫ sūt relatiōes reales q̄ fundanꝫ sup actiōez z passionē in creaturis. ¶ Quis ad hoc nō oporteat dicere ꝓp solutionē argumēti. tn̄ dicīꝫ ꝙ hoc est vez de agēte nāli: qz ipsuz ex forma quā bz q̄ est actiuuz nāl̄r ic̄linaꝫ ad effectū ꝑducēdū. agēs aūt libez nō inclinaꝫ nāliter ex forma quā bz ad effectū: z tūc cū de⁹ sit agēs libere. sequīꝫ vt sup actionē ei⁹ nō fundeꝫ relo realis. ¶ Contra. pbi ꝓcedētes deū nāli necessitate ꝑducere res negauerūt relonē realē ei⁹ ad istas. igiꝫ ista nō est p̄cise rō. sil̄r volūtas creata videꝫ hr̄e relationē realē ad suū effectū: lz sit libera. ¶ P̄. effectus sua entitate absᵒ non necio regrit cāz ꝓximā. posset. n. eadē entitas absᵗᵃ eē a cā ꝓma. z tn̄ q̄ ꝑducīꝫ a cā ꝓxima bz relationē realez ad cā. igiꝫ nō regrīꝫ ad relonē realē ꝙ nā illa absoluta ī qua fundanꝫ neciō inclineꝫ ex se ad alteruz extremuz. ¶ Jtē silitudo est relatio in duob⁹ albis: z tn̄ vnū albū p̄cise ꝛsideratū inc̄ztū est fundamētū relonis nō videꝫ ic̄linari ex entitate sua que est fundamētū ad altez extremū. maxime sūma albedo si ponaꝫ ad aliā albedinē sūmā: sicut argutū fuit ꝛ ꝓmā opionē ad istā. q. ¶ Jtez si añ relonē realē semp oporteret ponere in fundamento ic̄linationē nālē ad terminū. ḡ ante relationē realem semp est relo realis: qz illa ic̄linatio ad altez est relatio realis. ¶ Jō breuiter nō videꝫ neciū ad relonē realem ꝙ illud absolutū qō est fundamētū vni⁹ relonis ex se ic̄lineꝫ ad reliquū: sed ꝙ ipsuz sit tale ꝙ posito termino ad ipsuz: z ad terminū sequaꝫ talis bitudo ex nā extremoꝝ: ita ꝙ q̄cūq̄ relo cōsequīꝫ ad extrema ex nā rei sine cōsideratiōe ītellect⁹ est realis: z tūc dico ꝙ oē agens creatū tale est ꝙ posito aliquo effectu ꝑ ipsuz ad ipsum vt ad fundamētū: z ad ꝑductiuū: vt ad terminū ꝛsegīꝫ bitudo eoꝝ. rō aūt q̄re relo realis actualr ꝛsegīꝫ: nō est nisi qz boc est boc: z illud est illud: sic rō q̄re albedine: z albedine positis segīꝫ relo realis actualis: vt silitudo nō est nisi hec albedo: z illa albedo. z binariū z ternariū posita in esse: q̄re segīꝫ maioꝛitas z mīoꝛitas realis non est alla rō: nisi ꝙ ℔ est binari⁹: z ille ternari⁹. sz tn̄ rō potentialitatis in fundamēto z termino: q̄re. s. possit seq̄ bitudo realis posset assignari gñalis. q̄cūq̄. n. pñt eē partes alicui⁹ toti⁹ sūt polīa ad formā illi⁹ toti⁹. z sicut ēt si pñt eē ptes alicui⁹ toti⁹ vni⁹ ꝑ se pñt eē polīa ad formā illaz qua illud est ꝑ se vnuz. sicut pz de ptib⁹ coꝛpis oꝛganici respectu aīe ītellectiue. z etiā si pñt eē ptes alicui⁹ vni⁹ vnitate oꝛdis pñt eē polīa ad formā illi⁹ a qua illud totuz est vnū ꝑm oꝛdinē: z gnāl̄r pz ꝓpō de potētialitate partiū ꝑm pbm. 5. meta. vbi vult ꝙ ptes sūt sicut mā respectu toti⁹. oīa aūt creata: qz limitata nata sūt eē ptes toti⁹ vniuersi: qō ē vnū vnitate oꝛdis: sicut pz. iz meta. z iō qōlibet illoꝝ est potētiale ad istā formā q̄ est oꝛdo: vt. s. habeat oꝛdinē ad aliā ptē. z boc vel ꝑm eminētiaz que est in naturis diuersis in vniuerso. vel ꝑm eq̄litatē: qz oꝛdo est pariū dispariūq̄ reꝝ dispō ꝑz Aug. de ci. dei. vel ꝑm actionez z passionē siue ꝑm cālitatē. z iō qōcūq̄ agēs creatū ꝓducēs effectū ita potētiale est ꝙ ad ipsuz:

Mē. quo. 8. q. 6. in fine.

T. d. 4. z. 3. T. z in

ꝛ ad effectū ꝓductū pōt ꝯsequi ordo iter ea: nō sic inter agēs illimitatū ꝛ eiꝰ effectū: qꝛ illud agēs nō est potētiale: nec ad formā absolutā: nec ad relōnē pp eiꝰ infinitatez. ¶ Per idē pōt rnderi ad arm de q̄titate: qꝛ oē creatum q̄tū siue mole siue vtute ad aliud q̄tū creatū ꝛ si ponat posse hre relationē realē ꝓpter hoc q ordo a q̄ ē vnitas vniuersi pōt attēdi iter talia quāta: tñ quāti infiniti nulla pōt esse bitudo realis ad quātū finituz. ¶ Et cū ꝯfirmat rō ꝓ eqlitatē q̄ est respect realis in diuinis ꝛ in creaturis. ¶ Ꝛ: q in diuinis est realis: qꝛ est bitudo ex nā rei ꝛ stat cū simplicitate ꝛ nēcitate relati in se: qꝛ nō referr ad aliud qō est minꝰ nēciū formalr q̄ ipm relatū. in creaturis est relō realis ꝓp ipsaz potētialitatē q̄toz relatoz. ꝯparādo at illā q̄titatē ifinitā ad istā finitā vtraq rō destruir: qꝛ iā tollit simplicitas ꝛ nēcitas in vno extremo: ꝛ tollit potētialitas ꝛ limitatio in altero. ¶ Ad aliō dico q realitas aliqñ determiat ꝯpōnez: ꝛ tūc nihil aliud est q̄ illud qō ve est: sicut ista ꝓpō ē realiter falsa: hoc est: vere ē falsa. si aūt realitas accipiatur put determiat p̄dicatū: hoc est de est oīs realr: lz possit negari ista. tñ pōt ꝯcedi ſm q oīs nō notat relōnez aliquā in deo: sed qꝛ deus terminat relationē realē creatura: vt dictum est in. q. p̄cedenti.

¶ Preterea ꝯsiderari oꝛ: cuz tres ꝓsone coequales sibi sint: vtꝛ relatiue hoc dicat: an ꝛ substātiā. ꝛ si relatiue: vtꝛ ꝛ relationez an ꝛ eēntiā ꝯsiderāda sit eqlitas. Deide qd sit ipa eqlitas. Ad qō dicim: qꝛ sicut sile nihil sibi est. Similitudo. n. vt ait Hylariꝰ sibīpsi nō est: ita ꝛ eqle aliqd sibi nō dicit: ac ꝓ hoc sicut sile: ita ꝛ eqle relatiue dr. Dicit ergo relatiue filiꝰ equalis patri: ꝛ vtriq spūs scūs. Est tñ equalis patri filiꝰ: ꝛ vtriq spūssanctꝰ pp sūmā simplicitatē essentie ꝛ vnitatē. Eqlis ē ergo filiꝰ patri ꝛ substātiā: nō ſm relationem. Vñ Augu. in. v. lib. de trini. ait. Querimꝰ ꝛ quid eqlis sit patri filiꝰ: nō ſm hoc q ad pr̄ez dicit filiꝰ equalis est patri. Restat ergo vt ꝛ id eqlis sit q ad se dicit. Quicqd aūt ad se dicit: ſm substātiā dr. Restat ergo vt ꝛ substātiā sit eqlis. Eadez ergo ꝛ vtriuscz substātia. Itez in. vi. lib. Satis est videre nullo mō filium eqlē esse pri. si in aliquo. s. qō ptineat ad significādā eius substātiā ieqlis inuenit. In oībus ergo eqlis est patri filiꝰ: ꝛ est eiusdem substātie. Equalis est etiā spūs scūs: ꝛ in oībus eqlis ꝓpter sūmā simplicitatē illius substātie. Ex his ꝓspicuū fit q ſm substātiā filiꝰ est eqlis pri: ꝛ vtriq spūs scūs: ꝛ appellatio tm relatiua ē. Eqlitas ergo pris ꝛ filij nō est relatio vel notio: ſz nālis vnitas ꝛ idētitas.

¶ Hoc idē etiā dicim de simili ꝛ similitudie. Cū. n. dicit filius similis patri. relatiue qdez dr. sed similis est pri ꝓpter vnitatez essentie. Est ergo appellatio tm relatia. Similitudo vero idifferēs essentia. Unde qbusdam non idocte vr noie eqlitatis vel similitudis nō aliquid poni: ſz remoueri vt ea rōne dicat filiꝰ equalis patri: qꝛ nec maioꝛ est eo nec minoꝛ: ꝛ hoc ꝓpter vnitatez essentie. Ita ꝛ similis dicit: qꝛ nec diuersus: nec alienus: nec in aliquo dissimilis. Et hoc ꝓpter essentie simplicitatē. Nō ergo ſm q filius est genitus a patre: equalis vel inequalis ē patri: nec silis vel dissimilis: sed equalis ꝛ similis ſm substantiam. Distin. xxxi.



Circa distictionē zi. quero. Utꝛ idētitas ꝛ silitudo ꝛ eqlitas sint relatiões reales in deo. Qꝛ nō. Aug. 5. de tri. c. 6. vr z5. Cū q̄rit ſz qd eqlis sit pri filiꝰ. Respōdet nō ſm hoc q ad patrē dr filiꝰ est equalis patri. restat igit vt ſm illud qō ad se dicit dicat eqlis: ꝛ ifert. restat igit vt ſm subaz sit equalis. igit eqlitas nō dr ibi ſz relationē. ¶ P. forma eiusdē spēi nō numerat nisi ꝓ māz. ꝓbo. oīs forma separata a mā bz totā spēz ſm aliquos. ḡ eqlitas in diuinis cū sit forma eiusdē rōnis: ꝛ sine mā nō plurificat: nec distinguit. ḡ nō est alia eqlitas in pre ꝛ filio: ꝛ ꝓ oīs nō est realis in patre: qꝛ tūc regreret relationē distinctā coꝛrñdentē in filio. ¶ P. si in pre est alia eqlitas ab ea q̄ est i filio pari rōne: ꝛ alia ab eqlitate que est in. s. s. ꝛ tūc eqlitati in filio ꝛ eqlitati in. s. s. coꝛrñdebit alia ꝛ alia equalitas in pre: qꝛ coꝛrelatiua ꝓmultiplicant. igit in patre erūt due eqlitates: qō videt icōueniēs. ¶ P. si iste sunt relatiões reales: igit eque realr sunt distincte sic relōnes oꝛigis. ꝛ ꝓ oīs ita pnt ꝓstituere psonas diuinas: sic ꝛ ille oꝛigis. ꝛ si pnt ꝓstituere. igit ꝓstituūt: qꝛ nō ē ibi potēa sine actu. ¶ Oppom Hyll. 3. de tri. silitudo sibypsi ñ ē. Th. i. pre sū. q. 2. arti. i.

Ad questionē vr dom. q ad relōnē realē tria sufficiūt. ꝓ: q fundamētū sit reale: ꝛ terminus realis. ¶ Secūdo: q extremoꝛ sit distictio realis. ¶ Tertio. q ex nā extremoꝛ. s. fundamenti: ꝛ termini sequat ipa talis relatio absq ope alteriꝰ potentie cōparātis vnū extremum alteri.

Quātū ad primā ꝯditionē relatiōis realis negat ꝫ ē fūdamētū realē: qꝛ dicit q magnitudo q̄ est fundamētū eqlitatis trā sit in eēntiā ſm Aug. 5. de tri. c. 8. ꝛ alibi in multis locis. ꝛ ita nō manet sub rōne magnitudinis: nisi ſm rōnem. ¶ Sz ꝯ istud. eēntia diuina vt est ꝓm obm ipsiꝰ inteꝰ diuini visa ꝓma cognitiōe intuitiua añ oēm negationē cuiuscūq inteꝰ est obm beatificū illiꝰ intellectꝰ: qꝛ ille nō beatificat ꝓ actū negociatiuū. igit ex se absq oī negociatiōe inteꝰ est formalr infinita: qꝛ nihil btificat: nisi formalr infinitū. ḡ est ibi magnitudo vtutis: imo infinitas magnitudis ex nā rei. ¶ Itē inteꝰ anteq intelligat aliquid itelligere vel negociari est cōprehēsiuus illiꝰ eēntie vt ꝓmi obti: ꝛ ita ex hoc vi negationis circa illud potens est reducere oēs relatiões in actū q̄ pnt circa illaz essentiā ꝯsiderari. igit ex nā rei ille itellectus est ifinitꝰ. igit ꝛ essentia in qua fundat. ¶ P. rō illoꝛ nō valet: qꝛ lz q̄titas accñtalis dicat aliqd additū nāe subti. ꝛ tō ipa nō possit manere sub rōne sua formali: ꝛ trāsire in essentiam ſm idētitatē: tñ magnitudo vtutis in oī ente transit in illud cuiꝰ est ꝓ idētitatē etiā in creatura. ꝓbo. si. n. angelus bz aliquā magnitudinē vtutis: de q̄ dic Augu. 6. de trini. c. 7. vel. zz. in his. n. que nō mole magna sūt: hoc est maius eē qō melius. si ista magnitudo pfectiōalis nō sit idē eēntie circūscribat ab ipsa essentia. ipa essentia remanente. quero quē gradū perfectionis tenet Hē. quo. 5. q. i.

in ente vel in entibus. nihil. n. est nisi aliquē graduz determinatū pfectiōis habeat iter entia. ḡ adhuc manet i ipsa eēntia magnitudo vtutis q̄ dr̄ sic vel sic pfectū ens. ista igit̄ q̄titas in oibus trās̄it p idētitatez: ⁊ cū hoc manet in oibus fm rōnez ꝓpriā inq̄tū est fundamētū eq̄litat⁹ vel ieq̄litat⁹ pfectiōalis i entib⁹. nā p istā. vnū ens ē eq̄le vel ieq̄le alteri fz pfectionē: qz rō talis q̄titat⁹ est dicere modū itrīsecū illi⁹ pfectiōis c⁹ ē. ⁊ ex hꝫ q̄ dic̄ modū manet: ex hꝫ āt q̄ dic̄ itrīsecū p idētitatē trās̄it in eēntiam cuius est. Dico igitur ad hoc q̄ est fundamētū eq̄litatis reale ex nā rei: nō tm̄ remotū: qō est eēntia: sz ꝑ pinquū qō ē magnitudo: sine spāli⁹ qō est infinitas.

Secundum ꝑncipale. s. q̄ ista relatio regrat extrema realr̄ distincta pz p Dyll. vt dictū est opponēdo. ¶ Et p Aug. 6. de tri. c. 9. q̄ in filio est ꝑ⁹ eq̄litas: qō nō est vex si aliq̄ psona posset dici eq̄lis ad se. tūc. n. pr̄ pus eēt eq̄lis: sz qz eq̄litas nō pōt itelligi sine distinctiōe: ⁊ ꝑma distinctio est iter prem ⁊ filiuz ꝓducto filio. iō est in eo ꝑma eq̄litas terminatiue ⁊ q̄si subiectiue accipiēdo illā eq̄litatē q̄ fili⁹ est eq̄lis patri.

¶ Hoc etiā ꝓbat̄ p hoc. qz relatiōes ozigis ponunt̄ reales: ⁊ tm̄ nō ꝑexigūt distinctionē extremoz: sed q̄si formal r̄ causant eā. iste aūt rel'ones illā distinctionē quasi causatā p rel'ones ozigis ꝑsupponūt: sic̄ cōiter ponit̄ q̄ iste nō pñt pullulare in eēntia nisi iaz ꝑexistētib⁹ rel'onibus ozigis in ea. igit̄ ista vidētur magis regrere distincta extrema q̄z relatiōes ozigis: vl̄ saltez nō min⁹. ¶ Et si obycias: q̄ iste nō sūt alteri⁹ rōnis sicut ille ozigis. hoc nō ꝯcludit nisi q̄ nō distīguunt̄ spē. in creaturis aūt nō tm̄ rel'ones suppōnis ⁊ suppositiōis sūt reales vbi extrema differūt specifice: sz ēt rel'ones cōes sūt reales in extremis vbi extrema differūt numero. ḡ hic sufficit distīctio realis numeralis in extremis ad realitatez relationum cōmuniū sicut ad distinctionez relationū ozigīs que quasi specie differunt.

Quātū ad tertiā ꝯditionez vr̄ q̄ ista relatio ꝯseq̄t̄ psonas ex nā rei sine oi ꝯpatiōe p aliquā potētiā extrīsecā ꝯparātem. qz. n. pr̄ generādo cōicat filio pfecte suā eēntiā. iō cōicat sibi eādez magnitudinē ifinitā: sicut dic̄ Aug. ꝺ maxi^m. lib. 3. c. 3. vel. 19. vel. 18. ¶ Si dicas ingt eoipso pr̄ maioz ē filio qz pr̄ genuit: Cito rñdeo. imo iō pr̄ nō est maioz filio: qz eq̄lē genuit. nō vr̄ igit̄ eē aliq̄ rō q̄re eq̄litas pr̄is ad filium nō debeat poni rel'o realis. ¶ Cōsil'r pōt dici de sil'itudie sicut in creaturis ē duplex sil'itudo. s. eēntialis fz dr̄iam specificā ⁊ accñtalis fm aliquā q̄litatē accñtalē: lz ꝑma neget̄ in ꝓpositō: qz de⁹ nō hꝫ aliquā dr̄iaz specificā: tm̄ qz si illud qō est dr̄ia specifica in creatura eēt tota eēntia idiuidui nihil min⁹ eēt for⁹ respectu idiuidui. iō nihil min⁹ esset respect⁹ sil'itudis tūc q̄z mō. Jō videt̄ ibi ꝓpe posse ꝯcedi sil'itudo fm eēntiā: nō inq̄tū qd sed inq̄tū est act⁹ ⁊ q̄si forma q̄ psone sūt de⁹. ⁊ etiaz sil'itudo fm attributa oia q̄ sūt q̄si ꝓpetates hui⁹ nāe. sic̄ dicit Dam. c. 5. nō nām: sz q̄ circa nāz sūt dicūt: ⁊ tūc sic̄ ex nā rei est fundamētū eq̄litat⁹: ⁊ distīctio realis extremoz̄. ⁊ ista rel'o sine ope itell's: ita est de sil'itudine. ¶ De idētitate ēt dici pōt q̄ ipsa dupl'r accipit̄ in oīnis. vno mō eiusdē psone ad se: sicut pr̄ est idē sibi. alio mō vni⁹ psone ad altā: sicut pr̄ ē idē filio ⁊ ecōuerso. de ꝑma idētitate alias. de z⁹ pōt dici sicut de alys q̄ est realis: qz ibi est vera vnitas ex nā rei: ⁊ sufficiēs distīctio extremoz: nec vr̄ necia ꝯpatio itell's ad eē hui⁹ idētitat⁹. Et si idētitas eiusdē supposīti ad se in creaturis sit rel'o rōnis tātū q̄z tū ad fundamētū: tūc nunq̄z ē va ⁊ pfecta idētitas: nisi i deo tm̄. nā sortis ad se nō ē pfecta idētitas: qz rōnis tm̄. ⁊ ita oīs talis est ens fm gd: nec sortis ad platonē est pfecta idētitas: qz nō fundat̄ in pfecta vnitate. hic autez patris ad filiū idētitas est pfecta q̄z tū ad fundamentū: qz patris ad filiū est pfecta vnitas ⁊ pfecta realis idētitas: qz realis distinctio ⁊ sufficiēs extremoz. ¶ Sz de equalitate sūt duo dubia. ꝑmo. n. videt̄ q̄ nō est rel'o distincta ab idētitate ⁊ sil'itudie: qz sicut dictū est alias ifinitas nō est spāle attributū: sz dic̄ modū itrinsecū cuilz attributi: ⁊ pari rōne magnū qō q̄si dicit idistincte qō ifinitū dic̄ distincte. ḡ magnitudo eēntie nō distinguitur ab eēntia. nec etiā illa distinctiōe q̄ est inter attributa: ⁊ ꝑ ꝯns eq̄litas fz illā magnitudinē nō distinguit̄ ab idētitate q̄ est fm eēntiā. sil'r magnitudo sapie nō distinguitur a sapia illa distīctōe q̄ est iter attributa. ḡ eq̄litas fz magnitudinē sapie nō distinguit̄ a sil'itudie fm sapiaz: oīs aūt magnitudo est vel eēntie fm quā ꝑpe est identitas vel attributi fm quā alicui⁹ est sil'itudo. ḡ nulla videtur ꝑpe eq̄litas eē in diuinis distincta ab idētitate ⁊ sil'itudie. ¶ ꝺ. si ēt qōlibet attributū hz suaz magnitudinē ꝑpaz: supza quā vr̄ fundari eq̄litas. igit̄ tot erunt eq̄litates psonaꝝ quot sūt attributa. ¶ Ad ꝑm pōt ꝯcedi. q̄ sicut in creaturis pōt esse sil'itudo sine equalitate: sicut remissiuz albū est sil'e intēso albo: lz nō pfecte. non aūt ecōuerso pōt eē sine sil'itudie eq̄litas. ⁊ hoc in for⁹ illa in qua aliqua nata sūt assil'ari. iō ꝯparādo aliqua i forma fm quā nata est eē sil'itudo. eq̄litas vr̄ q̄si determinate sil'itudinē ⁊ fundamētū sil'itudis. ita pōt cōcedi hꝫ q̄ eq̄litas nō ita distinguit̄ ab idētitate ⁊ sil'itudie: sicut illa iter se. sz q̄ ipsa dicat ꝑpuz modū fundamēti vtriusq̄ illaꝝ duaꝝ relationū: ⁊ q̄si etiā modū ꝑpuz vtriusq̄ rel'onis. s. q̄ tā idētitas q̄z sil'itudo sit pfecta: qz si ꝑ ipos'e pr̄ haberet deitatē maiorē ⁊ fili⁹ minorē eēt aliq̄ idētitas: sz qz fundamētū identitatis nō bēret eādez magnitudinez nō eēt idētitas pfecta: qz nec cū eq̄litate. simil'r si ꝑ impos'e pater bēret maiorez sciaz ⁊ fili⁹ minorē: eēnt aliquo mō sil'es: sz qz deficeret modus ille fundamenti. s. magnitudo pfecta: iō nō eēt sil'itudo pfecta. Nūc aūt magnitudo q̄ est q̄si modus fundamēti idētitatis ⁊ sil'itudis fundat eq̄litatē q̄ est q̄si modus sil'itudis ⁊ identitatis: qz dic̄ vtrāq̄z illaꝝ vt pfectā. ¶ Ad zm pōt ꝯcedi q̄ quot sūt pfectiōes in deo simpl'r tot sūt etiā magnitudines: ⁊ tot eq̄litates. sic̄ tm̄ ille oēs sūt simpl'r vna res: ita ⁊ equalitates fm eas sūt simpl'r vna res. Ex hoc pz quō magr̄ bñ assignat dī. 19. equalitatē pfectā i trib⁹ fm Aug. de fide ad ꝓetz. c. 2. s. magnitudie: ptāte: ⁊ eternitate. ꝑ magnitudiez qdē itelligit̄ fundamētū ois eq̄litatis ad ītra fm quācūq̄z pfectionē simpl'r in oībus attributis: accipiēdo magnitudinē nō ꝑ aliquo attributo distincto: sz vt est cōe magnitudini cuiuslibet attributi: ⁊ ꝑ ptātez notant̄ psone eē equales ad obta extra. ⁊ hꝫ sequit̄ ad ꝑmū: qz equalitatez valoris in forma in se seq̄t̄ equalitas vigoris rōne acti ad extra. ¶ Et per eternitatem notat̄ eq̄litas eē in eis q̄si fz durationē. Equalitas aūt fm q̄titatez discretā nō q̄rit̄ ibi. q̄titatib⁹ aūt ꝺtinuis i creaturis q̄ sūt q̄titas ꝑmanens ⁊ successiua correspōdent ibi magnitudo ⁊ eternitas. ptās aūt siue potentia nō est tertia q̄titas: sz respectus magnitudis ad extra vt ꝓdictum est statim.

Ad ꝑimum argumentū dico. q̄ albū ⁊ album dicunt̄ sil'ia fz albedinez: ⁊ hꝫ puta fm notat suū determinat⁹ esse fundamētū ꝓximū relationis sil'itudis. dicunt̄ etiā sil'itudie esse sil'ia formaliter. ita dico q̄ pater ⁊ filius sūt equales fm eēntiā: vt ly fz notat fūdam^m ꝑpriuz eq̄litatis: qz iste rel'ones cōes fūdant̄ sup aliqd qō ē cōe vt ē cōe. nihil aūt cōe vnū ē i psonis: nisi eēntia vel eēntiale. ¶ Et si obycias: tūc posset dici pater fm eēntiaz: qz eēntia est fundamentū pa-

ternitatl:qđ tñ nõ ꝓcedit. ¶ Istud argum̃ lz alꝫ fecerim ad ꝓbãdũ ꝙ relatio oꝛigis nõ sit actꝰ eẽntie. Tñ tenendo cõez viã põt assignari rõ q̃re ꝑz eẽntiã dr̃ pr̃ eq̃lis filio:7 nõ pater filꝫ:qz lz essentia sit fundamẽtũ vtriusq̃ nõ distinctũ in tribꝰ:nec ꝑ istã:nec ꝑ illã.est tñ fũdamentum ꝓximũ relꝫonis cõis inq̃tũ vnũ in tribꝰ:nõ autẽ inq̃tũ sic vnũ est fũdamẽtũ relꝫonis oꝛigis:lz in se sit vna. cũ aũt dico ꝑz eẽntiã sũt eq̃les:ibi eẽntia vt eẽntia nõ accipit nisi ꝓut est vna formalr in tribꝰ.iõ dicit eq̃lis esse ꝑm eẽntiã ꝓp hoc ꝙ eẽntia vt vna est ꝓximũ fũdamentuz istiꝰ relꝫonis.nõ aũt dr̃ ꝑm deitatẽ eẽ pr̃:qz deitas vt vna nõ est rõ fundamẽti huiꝰ:ita ꝙ vnitas sit rõ fundãdi:sicut notaret si diceret ꝑm deitatẽ ẽ pr̃. ¶ Ad 2m argumẽtuz dico ꝙ maioꝛ ꝓpõ est falsa:imo vbi forma distinguit in mã 7 cũ mã:mã nõ est rõ ꝓncipalis huiꝰ distinctiõis:qz in quacũq̃ distinctiõe illud ẽ rõ ꝓncipalis distinguẽdi:qđ ẽ rõ ꝓncipalis eẽndi in illo eẽ. de hoc alꝫ in.q. de idiuiduatiõe. ¶ Ad 3m ꝓcedit ꝙ in patre sit alia eq̃litas ad filiũ 7 alia ad spũz scm̃.sicut si pater genuisset spiritũ scm̃ eẽt ĩ eo alia pr̃nitas ad filiũ:7 alia ad spũz scm̃. de isto dicto gnãlr erit ꝑmo in 3o lib.di.8.vtꝛ in vno relato ad plures sint ples relatiões. ¶ Ad 4m videt difficile argm̃ illis qui ponũt psonas esse relatiuas sicut fuit argutũ ꝟ cos.di.26.ꝓ opi.3ª. tñ tenedo cõez viã oꝛ dicere ꝙ ꝑus pullulãt i eẽntia relatiões oꝛigis q̃ cões: 7 iste ꝓmo pullulãtes distinguũt 7 ꝓstituũt psonas:nõ aũt ille cões:qz sũt q̃si aduentitie psonis:sicut ponit ꝙ spiratio actiua nulla psonã cõstituit:qz itelligit q̃si aduenire patri 7 filio iaz ꝓstitutis in eẽ psonali.ꝓma.n.ibi pullulãtia q̃ pñt psonalr distinguere distignũt psonalr 7 ꝓstituũt.

¶ Hic oꝛit questio ex p̃dictis deducta. dictuz est enĩ supꝛa atq̃ scꝛ̃ auctoꝛitatibꝰ ostẽsum ꝙ spũs scũs est cõio pr̃is 7 filij: 7 amoꝛ quo pater 7 filiꝰ se iuicẽ diligũt. Jõ q̃rit. Utrũ pater vl filiꝰ ꝑ spm̃ scm̃ diligat. Qđ vr̃q̃ videtur oporꝛtere dici ꝑm auctoꝛitates supꝛapositas:q̃bus ostẽdit spm̃ scm̃ eẽ quo genitꝰ a gignẽte diligat:genitoꝛẽq̃ suũ diligat. Sz ecõtra si pr̃ vl filiꝰ dicat diligere ꝑ spm̃ scm̃: videtur eẽ ꝑ spm̃ scm̃:qz nõ est aliud deo esse 7 aliud diligere:lz idẽ:qz vt ait Aug.in.xv.lib.de tri. Quicqd ꝑm q̃litates in illa simplici nã dici videt:ꝑm eẽntiã est itelligẽdũ:vt bonꝰ:magnus:imoꝛtalis:sapiẽs:diligẽs:7 hꝰ. Jõq̃ si pater vel filiꝰ diligit ꝑ spiritũ.s.per ipsuz spiritũ eẽ videt:neq̃ tm̃ essentia sua diligit: sed etiam dono. Distin. XXXII.



Circa distinctionẽ. 3z[a3]. q̃ro vtrũ pr̃ 7 filius diligãt se spũ scõ. Qz nõ.qz aut diligere sumit eẽntialr aut notionaliter. Nõ eẽntialr:qz q̃libet essentiale inest formalr cuilibet psone nõ per alterã. si notionalr.igit pr̃ 7 filius spirãt spũ scõ. qđ est falsuz. ¶ Probat idẽ 2o.ꝙ nullus actꝰ notiõalis est ꝓuersiuꝰ in idẽ agẽs a quo est:vel ꝓcedit ꝓp distinctiõnẽ quã talis actus regrit iter agens 7 terminũ. ꝯ si iste actus ẽ ꝓuersiuꝰ nõ sumit notionalr. ¶ Ꝑ.si pr̃ 7 filiꝰ diligãt se spũ scõ.ꝯ pater diligit se spũ scõ:qz eodẽ videt pater diligere se 7 filiũ:lz ꝛcl̃o videt incõueniẽs:qz pr̃ diligit se in ꝓmo signo oꝛigis in quo spũs scũs nõ itelligitur spirat. ¶ Ꝑ.eodẽ diligũt se 7 creaturã: lz spũs scũs nõ videt eẽ quo diligũt creaturã: qz tũc sicut spũs scũs ex necessitate ꝓductiõis sue est amoꝛ:ita ex necessitate eẽt amoꝛ creature ꝓ.7 ita necessario deꝰ amaret creaturas. ¶ Cõtra.6.de tri.c.5.vel.15. Spũs scũs est quo genitꝰ a generãte diligit:genitoꝛẽq̃ suũ diligit.

¶ Preterea diligẽter iuestigari oꝛ vtꝛ pater sapiẽs sit sapia quã genuit q̃ tm̃ filiꝰ est. Qđ videt a sili posse ꝓbari. Si.n.pr̃ diligit amore q̃ ab ipso ꝓcedit:cur nõ 7 sapia vel itelligẽtia quã ipse genuit:sapit vel itelligit. Hãc q̃stionẽ vꝛgere videt: vt ait Aug.in.vi.lib. de tri.qđ scripsit apls dicẽs xp̃i dei virtutẽ 7 dei sapiam. Vbi q̃rit vtrũ ita sit pater sapie 7 virtutis sue:vt hac sapia sapiẽs sit quã genuit:7 hac virtute potẽs quã genuit. Sz absit vt ita sit:qz si hoc est ibi esse qđ sape:nõ ꝑ illã sapiẽtiã quã genuit sapiẽs dr̃ pater:alioqn nõ ipsa ab illo:lz ille ab ipsa est. Si.n.sapia quã genuit cã ẽ illi vt sapiẽs sit: etiã vt sit ipa illi cã est: qđ fieri nõ põt:nisi gignẽdo eũ aut faciẽdo:lz nec genitricẽ:nec ꝓditricez pr̃is vllo mõ q̃sq̃ dixerit sapiaz. Quid.n.est iſanius? Ergo pr̃ ipsa sapia est q̃ sapiẽs est. Filiꝰ vero dr̃ sapiẽtia pr̃is: 7 virtus pr̃is:nõ qz pr̃ ꝑ eũ sit sapiẽs vel potẽs:lz qz filiꝰ sapia 7 virtꝰ est de pr̃e sapiẽtia 7 ꝛvtute. Ex his ꝯ pz ꝙ pr̃ nõ ẽ sapiẽs sapia genita:lz seipo sapia igenita. Qđ. II.

Secũdo queritꝛ vtrũ pater sit sapiẽs sapia genita. Qz sic.pater dicit vbo ꝑz Aug.7.de tri.c.i. vl 2.lz ꝑz Anſ.mono.37.nihil aliud ẽ sũmo spiritui dicere q̃ quasi cogitãdo itueri. igit pater ituet vbo: 7 ita sapit vbo. ¶ Cõtra. Aug.7.de tri.ca. 4.eo ẽ q̃ sapit:qz idẽ ẽ sape 7 eẽ.ꝯ si sapet vbo eẽt ẽt vbo.

Primã questionẽ magiſter reputat difficilem 7 dimittit eã insolutam. ¶ Aliqui negauerũt istã ꝓpõnẽ.pater 7 filius diligunt se spũ scõ:7 dixerũt eã ab Aug.retractatã in filꝫ primo retractationũ.c.26.vbi retractat istã.pr̃ est sapiẽs sapiẽtia genita:cui ista videt assilari.7 iõ istã retractatam dicũt ĩ illa. ¶ Cõtra.nõ solũ diuersas mãs retractãdas Aug.seꝛsuz retractat:lz etiã eandẽ mãz q̃ in diuersis libris ponit:que tñ est retractãda:Aug.pluries retractat: qñ.s.facit mẽtionẽ de illis libris diuersis. ꝯ multo magꝭ istã retractaret seꝛsuz si eẽt retractãda. ¶ Itẽ. Aug.ñ retractat dicta alioꝝ scõꝝ qui videtur istã cõcedere. Gotfre. pictauẽ.

Alij dixerũt ꝙ ꝓpõ est exponenda:ita ꝙ ly spũ scõ accipiat in rõne signi:ita ꝙ pr̃ 7 filiꝰ diligãt se.s.s.vt sig̃ dilectiõis cõis. ¶ Cõtra.ita ꝑt dici ꝙ diligũt se creatura:qz creatura ẽ sigm̃ dilectõis eoꝝ. Simõ ỏ tornaco.

Alij dicunt ꝙ diligũt se amoꝛe appꝛopato spũi.s. 7 iõ dicũt se diligere spũ scõ ꝑ appꝛopriationẽ:nõ per ꝓpetatẽ. ¶ Cõtra. igit ita essent boni spũ.s.qz bonitas appꝛopatur spũi sancto. Alerã.de ales.1.p.c sume.

Aliter dicit ꝙ ablatiuus iste cõstruit in ratiõe effectꝰ cause formalis:qđ declarat ꝑ sic.lz nõ ois res sit forma:tñ oẽ illud a quo aliqd denominat q̃tũ ad hoc hz habitudinẽ forme:vt si dicat.iste est idutus iduméto.iste ablatiuꝰ idumẽto ꝟstruit in habitudine cause formalis:lz nõ sit forma bois. Cõtingit aũt aliqd denoiari ꝑ illud qđ ab ipso ꝓcedit: nõ solũ sic Th.1.pte sũ.q.3.articulo.2.

